

## Aduertheias papa

Solutionem ad inferiorem Confessarium: si-  
gillum Confessionis seruare tenetur, cum  
reuelatio ipsi facta ad Confessionem ordi-  
netur. prout ait Ledesma. Qui cum Adriano  
& Durando affirmat, quod Penitentarij Pa-  
pae non diuidunt Confessionem: sed tantum  
absoluunt à censuris Papae reseruatis, non  
potentes maximis negotijs implicati inte-  
gras Confessiones penitentium audire. Et sub  
latis cēsuris iam peccata non remanēt reser-  
uata, Papa enim solum censuras reseruat.

16 ¶ Dabitur tandem, utrum Confessio  
reseruatorum Superiori, aut habenti potesta-  
tem facta sine debita contritione, aut attri-  
tione valeat, ut penitens possit ea peccata  
confiteri cuicumq; alij Confessori inferiori ap-  
probato? Pater Emanu. art. 6. quæstionis, cita-  
ta, respondet dicendo, qd quando penitens  
Religiosus fuit absolutus Sacramentaliter  
à casibus reseruatis per Superiorem, aut per  
habentem eius ad id potestatem, existente  
nulla absolutione propter defectum contri-  
tionis, aut attritionis, non tenetur dictus pe-  
nitens amplius dicta peccata reseruata con-  
fiteri Prælato, aut habenti eius auctoritatem.  
Sufficit enim quod ea confiteatur, cuicumq;  
legitimo